Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·Iuij·

Spe omnia sanctificantur et ipsum profunda dei. Quis enim
scit hominum quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. V.
Sic et quæ sunt dei nemo cognouit nisi spiritus dei. V. sexta.
Nos autem non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est ut
sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Quæ et loquimur non
in doctis humanæ sapientiæ uerbis sed in doctrina spiritus spiri-
talibus comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt
spiritus dei. Stultitia enim ei est et non potest intelligere quia spiritaliter
examinatur. Iohannis. viij. Spiritualis homo iudicat omnia
et ipse a nemine iudicatur. Quis enim cognouit sensum domini
aut quis instruat eum. Nos autem sensum christi habemus. et
ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus
tanquam paruulis in christo lac uobis potum dedi non escam. Nondum
enim poteratis. sed neque nunc quidem potestis. Adhuc enim estis
carnales. Iohannis. viij. Cum sint inter uos zelus et
contentio. nonne carnales estis. et secundum hominem ambu-
latis. Cum enim quis dicat. Ego sum paulli. alius ego sum
apollo. Nonne homines estis. Quid igitur est apollo. Quid
uero ~~apollo~~ paulus. ~~et~~ ministri eius cui credidistis. Et
unicuique sicut deus dedit. Ego plantauit apollo rigauit
deus sed incrementum dedit. Secundum Matheum.
In illo tempore. Ascendente iesu in nauicula secuti sunt
eum discipuli eius. et cetera. Omelia. origenis de ea.
Ingrediente domino in nauicula secuti sunt eum dis-
cipuli eius. non mirabiles sed firmi et stabiles in fide manserie-
at et pii sponsores mundum non diuitias corde sed simplici hu-
sectati sunt non tantum gressus sed magis sanctae eius conatus et
iustitiam eius consecutantes. Iohannis. x. Et ecce tem-
pestas magna facta est in mari ita ut nauicula operiretur